

**Quaestio medica ... in Scholis medicorum, die jovis 19a. Novembris / M. Ludovico Piquenot de Dragueville ... praeside. ; An in morbis epidemicis anni 1693 emetica cum Phlebotomiâ curationis tempora dividant & laudem?**

### **Contributors**

Piquenot de Dragueville, Louis.  
Chemineau, Ambros Nicolas, active 1692-1705.

### **Publication/Creation**

[Place of publication not identified] : [publisher not identified], [1693]

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/c8yxdxdk>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome  
collection**

Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

# Quæstio Medica,

quodlibetariis disputationibus, mane discutienda in Scholis medicorum, die Jovis 19<sup>a</sup> Novembris.

M. Ludovico Piquenot de Draguesville,  
Doctore medico præside.

An in morbis epidemicis anni 1693  
Emetica cum Phlebotomiâ curationis  
tempora dividant & laudem?

## I.

Morbi Epidemici dicuntur qui ejusdem generis plures ab eâdem causâ non vernaculâ simul corripiunt. Multifariam dividuntur: quartio plerumq; de nomine. Horum frequens hoc anno familia, omnes pene regni regiones populata est. Hanc genuit anni tum præputis tum elapsi constitutio vere epidemica. Illa continuis pene sine sole frigoribus horrida, nimboza, Cereris Bacchi ve muncribus infesta, ventriculi fermento vitato, omnes affectus ab acido alieno, terrestri & impuro phlegmate, nec

non sapore peregrino, infectis humoribus  
oriundos impune debacchari fecit. Hinc fe-  
bres malignæ, ventriculi tormina absque de-  
jectionibus vulgo Cardialgia; alvi fluxus  
multiplicis formæ, et alia id genus, toto  
anni decursu, suo quæque ordine, plurimos  
invadebant. Ortas sub finem hyemis febres  
malignas, ad Autumnum usque excepere  
ventriculi tormina: mox recrudescuntibus  
Autumno febribus malignis; interea jam  
ab anno & amplius alvi fluxus non unius  
speciei eodem tenore saeviebant. Harum ce-  
februm malignarum hæc erant ut pluri-  
mum symptomata: Aëgrum subito &  
sepe assiduo capitis dolore corruptum, sopor  
altus vel delirium occupat, pulsus adest  
parvus, debilis, interdum inequalis; lingua  
arida subnigra, virium insignis prostratio,  
mox vero intensiore facto pulsu, alvus usque  
dum sibilus solvitur continuo; tum alvi fluxus  
putridus ad mortem usque perseverat; (quo  
tempore sæpius cadaver maculis pulicum  
morsus instar, aut petechiis distinctum  
apparet.) Hinc nausea, ructus, et dolor  
in regione ventriculi interdum cruciant,  
urina pauca & limpidæ, vel utriusque

colorem referunt: neque ullum futurae  
cruentae aut sperandae coctionis indicium pra  
se ferunt.

## II.

Cardialgia instar febrium malignarum  
vera epidemica, hisce pro more insignibus  
manifestam se facit. Immanis ventriculi dolor,  
alvi constructio, singultus frequens, dispositio nau-  
seabunda, vomitus ab interrupto saepius ventri-  
culi & intestinorum commercio enormes, (unde  
fit ut alimenta et leniora quae vis purgantia  
qualitatem ferriantur emeticam,) pulsus durus,  
frequens, ingruente paroxismo intermittens,  
inaequalis: abominis dolor acerbissimus, acri-  
luctuosa facies, oculi flammei, totius corporis  
praecipites et convulsiui motus, et alia mille  
modis aegrum fatigant. Alsi fluxus, tum  
dysenterici, tum sanguinis expectes ventri-  
culum dolore vehedenti et quasi terabranti  
convellunt. adext intestinorum cruciatus, te-  
nesmus, sequitur virium et spirituum insig-  
nis jactura: pulsus febrilis, parvus, durus,  
corporis attenuationem comitatur; dejectioni-  
bus (raro stercorosis) aliquando intertextuntur  
sanguinis quaedam lineamenta, sanguis  
interdum velut apertis fluens venis, praesens

minatur exitium. Horum affectuum fontem  
in ventriculo delitescentem qui negaverit, videat  
que causa praecesserit, qua comitetur; perpen-  
dat accurate symptomata et critica natura  
molinina; Diversam peccurvat fortem  
medentium: singula ventriculum pessu-  
ciosâ humorum congerie gravatum &  
obseffum ostendunt. Tunc nisi emeticis et  
vacuantibus libera veris, causâ morbi non  
fugiente, frustra auxiliatrices adhibeas ma-  
nus.

### III.

Ventriculus præcipua est corporis officina.  
hujus structura ex insigni vasorum et ner-  
vorum et nervorum appocatu, figurâ  
ad usum apprime delineatâ, mirâ fibra-  
rum diversis contextarum ordinibus serie,  
indeficienti succorum à glandulis ad id  
destinatis scaturigine coalescit; ille non  
tam sibi quam ceteris laborat: ut primos  
patitur insultus, sic in graves labitur erro-  
res, quibus ferendis universam ferre corporis  
machinam in sui consortium trahit. Com-  
mercium illud instituitur ope nervorum  
ab octavo pari, nec non à plexibus pec-  
toris hypochondriorum et mesenterii prodeun-  
tium. Bene nullarum aegritudinum parens

medicis plerumque imponitur, vitium in alia  
viscera inique referentibus: quae in istis mor-  
borum non raro rejicitur alimentorum  
triduo ante assumptorum indigesta moles,  
non leve est peccantis ventriculi indicium.  
Ventriculum a constitutione anni primario  
affectum denotant, Dijectus aegrorum appe-  
titus, dispositio nauseabunda, ructus acidi  
et ingrati, a peptia, frequentes vomitus materia  
viscida, mucosae, nigricantes et amarae, non-  
nunquam biliosae, et viri descentis: ventriculi  
dolor atrox, uberior flatuum proventus, et  
alia ab acidâ, viscidâ, et torvostu humorum  
congerie orta pathemata. Hujusce ventriculi  
intemperiei causa remota et epidemica aeris  
occulta et frigidior diathesis, (hujus in sine  
vitium salivam et pulmones inficit, insensi-  
bilem supprimit fluorem vel impedit.)  
alimenta cruda, panis male fermentatus,  
vina rancida, acido phlegmate obruta, aut  
alienis infecta per summum nefas vene-  
nis: veteris bacchi corrupta aut fucata in-  
doles, luxuria in victu, liquorum seu spiri-  
tuum ardentium frequens usus, lethales geli-  
darum potionum et lascivae deliciae, &c.  
His vitiatum ventriculi fermentum ulterius  
serpens vix aut nunquam reparatur: in  
intestinis succos è cysti felleâ et pan creatis

glandulosâ substantiâ prodeuntes corrumpunt; hinc colici dolores et alii fluxus. Mox sanguineum laticem subit, alienis improprietatum fermentis; unde supra modum sanguinis effervescentiâ.

#### IV.

Natura totâ reprimendis hostibus occupata omnes adhibuit vires, quibus de illis victrix evadere. Hinc Epidemici morbi, (quippe morbus, naturâ conamen materiæ mortificæ exterminatiorem omni ope molientis.) Sub finem hyemis congestos humores ut expelleres, febiles motus excitavit, quibus defæcatus sanguis purior erumpere. Sanguinea molere particula crassioribus et acidis impregnata, et spiritus languidiores vel humorum copiâ præpediti secretionem vix perficiunt salutarem. februm inde malignitas, sanguis corrumpitur, succedens diarrhœa naturâ defectum accelerat, quem comitatur Petechiarum eruptio, Symptomata non critica. Vide quam sit impedita toto morbi decursu natura. Adert pulsus parvus, debilis, inæqualis, formicans; capitis dolor comati proximus, excrementa supprimuntur, urina sanorum similis aut limpidâ parce fluit. sequere ulterius naturam moventem

cardialgias. Ventriculus viscidiori humorum  
progenie gravatus, fermentis alienis et  
corruptis lacessitus respuit alimenta. Succedit  
gravis dolor, humores effervescentias patiuntur,  
excandescunt spiritus, sequuntur nausea,  
singultus, vomitus immanes: bilis effera veniens  
in consortium effunditur in ventriculum,  
una cum succo pancreatico: tunc dolor  
atrox, alvi suppressio, emetica dispositio ab  
inverso intestinorum motu peristaltico. Suc-  
cedunt plerumq; affectus colici; ileon, En-  
teroccele, ne plures dec. Natura iidem impe-  
ditâ alvi fluxus orti sunt: his ventriculi saburra  
sepe in intestina exonerans foras pellitur.

Bis glandula mesenterii iidem reforta hu-  
moribus effunduntur in intestina et per a-  
num ejiciuntur. Illa succis bilioso et pancrea-  
tico unita colluvies, modo diarrhoeam genuit,  
modo deterior facta dysenteriam. Undique  
ingentes cruciatus, assiduo tenesmus solli-  
citat, dejectiones mucosae, aures, maleolentes,  
coloris varii fatigant. Abdominis sensatio tristes  
lancinans indefinenter exagitas: frequentes  
aegri patiuntur recidivas. Vis natura jam  
jam periturae opem ferre? scrutare li-  
tentem Epidemici affectus constitutionem,  
sic nostris conceditur cura laboribus. Insig-  
ne ventriculi vitium, num solâ vena uberio-  
ri sectione, num refrigerantibus et narcoticis



corrigere velis? Sanguinis missio par non  
est: refrigerantibus abundè ingestis ventri-  
culus obnuitur, non levatur; causâ morbi  
remanente symptomata narcoticis mi-  
tercent mox reditura. Num emetica ad-  
hibeas? Illa quam bene de naturâ me-  
rentur oppressâ. Singula tamen prudenti  
commissa medico suum invenient locum.

V.

Curandis igitur constitutionis Epidemicæ  
morbis vena sectio, pro viribus ægri et symp-  
tomatum ratione etiam repetita, nec  
non Emetica, tempora curationis dividunt  
et tandem. Si præsertim imbecilles naturæ  
conatus adjuvi, fomes morbi protinus mitte-  
batur foras. mox natura propriis reddita  
viribus, tuto, feliciter et alacriter instau-  
rabatur. febre malignâ correptis præser-  
tim athleticis Sanguis tuto mittatur modo  
compulso. Noli cardialgias in longum protrahere,  
anodensorum et juleporum auxilio fretus uni-  
co, vanante futurae coctionis spes deludes:  
varia occurrent symptomata feviora prio-  
ribus. Alvi fluxus vix solis vacuantibus et  
emetico parvè repetitis semel et iterum.  
Num abunde radix brasiliensis Specificum  
audis dysentericæ. Vide igitur principis obtes,  
dum viget natura, dum febris mitior, leniora  
symptomata: dum dolor in abdomine vagus,

ingultus infrequentior: dum intestinorum  
motus peristalticus nondum inventus, nec  
Spiritus in furorem acti cohiberi valent, dum  
materia morbifomes delitescit in ventri-  
culo docilis, nec intestinorum ductus effera  
subiit, nec humorum effervescit omnis  
familia. Noli diuturnis dysenterice tormi-  
nibus agrum committere, vel macie con-  
fectum sanguinis uberiori missione ad  
extrema perducere. Ventriculum libera  
protinus: hunc juvat sollicitare emeticis,  
quos spiritus la cessiti, vitio jam saburram  
ventriculi plicis adhaerentem, et aliena  
fermenta expellere valeant, constructis  
fortiter repetitis vibrationibus tunica ven-  
triculi nervae fibris. Emeticis febris salu-  
brior interdum apparebit occulta prius,  
reliquis materia morbifica expellendis  
astrictissima: alvus occlusa aperietur, aut  
comprimetur effusa: mitescens dolor, purga-  
tionis paribus residuus morbifomes: natura  
primus honos reddetur: venies post umbilica  
Shabus. Est in Emeticis modus; Electio, Dosis,  
tempus, in manu Medici. Sapiens propinare  
festinat, quae ex arte paravit convenientia.  
Sciens de Dosi sollicitus detergere amat, movere  
amat, movere pertimescit. Non omnibus  
morbis conveniunt Emetica: illa neque omnes

ferunt acri; multa cardialgiam mentiuntur. Quam diversa febrium indoles? quam sibi ipsi dissimiles alvi fluxus? prudens propriam discernat singulis medendi rationem. Non emetica ferre valent corpus infirmum, angustum pectus, debilis pulmo, quadam constitutio ~~atque~~ asthmatica. Nocent si aeger atropiâ consumatur, hæmo phtisi labores: si calculosus: si renes infirmentur, si abdomen inflammatione, vel Sphacelo labores. In minus Emeticis utere semel et iterum, felicior inde Catharsis, usus opiatorum tutior. Tristis igitur et insolita anni constitutio, inde numerosa morborum cohors. nostris regionibus incubuit, ventriculum primario aggreditur: ille absque emeticorum ope vix precipitem avertes ruinam.

Ergo in morbis Epidemicis anni 1693 Emetica cum Phlebotomiâ curationis tempora dividunt et laudem.

77 Proponebat Parisiis Ambrosius Nicolaus Chemineau, Senonensis, Bacca laureus Medicus. anno 1693.

11 13  
H. H. H. H.  
H. H. H. H.

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*